

ZITT.

AUSPICE DEO
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO

VVILHELMO,

MARCHIONE BRANDENBURGICO

S. R. I. ARCHICAMERARIO & PRINCIPE
ELECTORE,

&c. &c. &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

Clementissimè jubente

ORDINARIAM MEDICINÆ

PROFESSIONEM

ORATIONE INAUGURALI

d. 13. Jan. hor. 9. matut.

Auspicabitur

BERNHARDUS ALBINUS

Ad quem actum

MAGNIFICUS DOMINUS RECTOR,

Illustres Domini BARONES, Celeberrimi

Academie PROCERES, Nobilissimiq; ejus

CIVES

Officiosissimè invitantur.

Excudit **CHRISTOPHORUS ZEITLERUS.**

61.

AUSPICE DEO
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPIS AC DOMINI
DN. FRIEDERICI
WILHELMI.

MARCHIONE BRANDBURGICO
S. R. I. ARCHICAMERARIO & PRINCIPIS
ELECTORIS
&c. &c.
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

Clementissime subdito
ORDINARIAM MEDICINAE
PROFESSIONEM
ORATIONE INAUGURALI

d. 13. Jan. hor. o. matut.
Aufgeführt

BERNHARDUS ALBINUS

Ad quem actum
MAGNIFICENS DOMINUS RECTOR
Illustres Domini BARONES, Celserrimi
Academici PRAESES, Nobilissimi & ceteri
CIVES
Officissimè invitatum.

Excudit CHRISTOPHORUS ZETTLERUS

13



βίβρα βραχύς, ἢ δὲ τέχνη μακρῆ, ὁ δὲ κατὰ οὐδὲν,
ἢ δὲ πείρα σφαλέρη, ἢ δὲ κείσιν χαλεπή. Sic

ex Apollinis posteritate oriundus
Venerandus Senex Hippocrates
aph. 1. sect. 1. queritur. Nec im-

meritò, vidit quippè, pro ingenii, quâ polle-
bat, divinitate, vim nostræ mentis jacere ef-
fectam, in fertilissimo verò naturæ gremio tot
latere abscondita, ut solers scrutator jam in-
ventorum securus esse nec possit nec debeat.
Nescivit indecoram turpitudinem tam altas
acturam radices, honori videlicet ductum iri
alienæ mesis colligere fructus, imò fore, qui
relictâ naturâ, foecundâ tot experientiarum
matre, in dilucidandis, ne dicam obscuran-
dis, aliorum commentariis suas transigant
horas. Quanto studio quantoque labore na-
turæ phœnomena, inquirere, perscrutari, ru-
minare debeat medicus, fore enim inexhau-
stam scaturiginem, ut non solùm ægris sed &
sibi natum seri agnoscant nepotes, innuere
sategit. Finxere quidem Jovem, Minervam,
Junonem, Martem, Venerem & Mercurium
in efformandis aliis atq; aliis humani corpo-
ris partibus omnem prodidisse solertiam, sed

adeò aliorum intenti erant commentariis ut quos illi sibi posuerant limites illos excedere hi piaculum putarent. Nihil dici posse quod non jam dictum sit prius vetus verbum est ex jam memorato præjudiciorum fonte ortum, circa hoc saxum hi commentatores alterius Andromedæ instar hærebant, imò artis suæ, elegantiam adeò delectabantur ut mirer ipsos animam inter cachinnos cum Zeuxide non effudisse. Eadem Philosophiam mansere facta, totusq; cardo philosophandi in Aristotele enucleando vertebatur, & si quædam inter Philosophos oriebatur disceptatio, de genuino hujus erat sensu. Sic vel unica vox ἐντελέχεια, quæ in animi usus est definitione, quantas non dedit turbas, ut pro genuino istius sensu tanquam pro aris & focis dimicare non erubuerint. Significabat actum primum, actum secundum, formam, essentiam, accidens categoricum aliis, aliis verò perfecti habiam, continuatam & perennem motionem, endelechiam, alii rursus aliter illam explicabant. Hujus farinæ quæstiones, obscurissimis explicatas terminis, ad nauseam usq; maxima philosophorum tibi oggerent


rent volumina. *O Miseram juventutem*, rei momentum Barclajum exclamare coëgit, *quæ vanis exercita laboribus, id tantum apud doctores consequeris, ut ne quidem latinè dicentem intelligat senex Numa, nisi divinantis Egeria vaticinia consulat.* Nam qui antiquitatem è tenebris eruunt, ipsi tantis tenebris onerant *stultissimam orationem, ut id unum quasi se videntur Pithia vate, aut Carmenta obscurius loqui.* Sic passæ sunt hæ scientiæ deliquium & uberimus qui ad reliquas disciplinas ex iis manare debebat fructus, nil nisi sterilitas erat. Interdiu sol, noctu Luna maxima pariter atque minima, parilis tamen admirationis, contemplanda sistebant, sed lyncæi alias hic cœcutiebant Philosophi. Omne quod aër alit, mare nutrit, terra fovet, loquebatur, sed surdi erant. Adeò nihil repertum quod præjudiciis evellendis par esse potuerit. Tam pertinax erat tenebrarum amor, ut luminis quoque saltem scintilla esset horrore. Ad statum sic morbus scientiarum pervenerat, timendusque erat interitus, de omni quippe spe desperatum erat, & ecce in Germaniâ, Italiâ, Galliâ, Angliâ Medici atq; Philosophi surrexere,

xêre, qui heroico prorsus ausu exulcerato huic morbo quæsiuere remedia, videbant videlicet miseram esse eruditionem quam aliorum dant commentarii, & hinc nihil admittebant quod clarè & distinctè antea non percepissent. Nec spe suâ hos excidisse heroes videre est in Harvæo, sanguinis circuli inventore primo, testantur id oculatæ Afellii manus, quæ lacteas in mesenterio conspicuas dedere venas, indicio sunt ductus Thoracici Pecqueti, id ductus demonstrant lymphatici, quorum inventionem Bartholinus, cujus nupera mors magno nostram rempublicam affecit damno, Jolivius, Rudbecius pari fervore sibi quisque vendicant, clamant id copiosissimæ lymphaticorum alveorum valvulæ, quas Ruyschio debemus. Nec muti sunt testes VVarthonus, Steno, Bellinus aliique. Omnium seculorum placita hæc generosa pectora funditus suis evertere inventis, methodus medendi immutata est, & tot, stupendo adeò molimine, Veterum exantlati labores sepulchris æternæ oblivionis illati sunt. Philosophandi pariter alia jam ratio est, ex quo Italia Galilæum, Britannia Verulamium, Gallia

lia

lia Gasfendum & Cartesium erudito exhibuē-
 re orbi, quid tanti præstiterint Heroës, quo-
 usque ultrà omnium spem & expectationem
 progressi sint illorum, quæ extant, testantur
 scripta. Universa animalis œconomia, om-
 nia humanæ machinæ phœnomena, & quic-
 quid qualitatibus occultis Veterum tribuunt
 scripta, ea prædictorum ope nobis innotuē-
 re universa, sepulti cum illis sunt morbi to-
 tius substantiæ, omnis generis facultates pe-
 riēre, multas expunximus rubricas, quibus
 illorum Institutiones superbiebant, & mutu-
 um scientiarum harum auxilium non jam
 dedit modo sed spondet imposterum talia
 qualia nulla antiquitas sibi promittere potuit.
 Sua tribuunt chymiorum furni, adeò ut si
 magno nisu olim in deterius ruebant scien-
 tiæ, majori hodie tot ac tantis ignorantia ac
 præjudiciorum ponderibus contranitantur.
 Ultra Diophantum, Cardanum & Tartagliam
 cum suos magnus ille in analyticis archite-
 ctus Vieta produxerit terminos, cum, Logi-
 stice speciosâ ad perspicuitatem reducta, exe-
 getices reformationem Thomas Hariottus
 aggressus sit, cum algebram numerosam atq;
 Vete-

Veterum Analyſin Geometricam Vir Illuſtris
 Renatus Des Cartes ſub Algebræ ſpecioſæ
 nomine nobis dederit, non poſſumus non
 exclamare, Itane ulteriorum inventionum,
 omnem nobis præripitis laudem! In fatiſ vi-
 delicet erat ut hæ ſcientiæ hoc ſeculo de fe-
 licitate inventionum contenderent. Non
 dicam nos primò hoc ſeculo vidiffe maculas
 & varios Martiſ aspectus, phaſes Joviſ ejuſque
 Satellites Brandenburgienſia ſcilicet ſidera,
 Saturni figuræ variationes, neque dicam nos
 primos apparentiſ miraculoſas ſoliſ eſſe con-
 templatos, hæc enim omnia dixero ſi dixero
 ſpecilla inveniffe Metium. Hanc ſeculi hu-
 juſ felicitatem ſcientiarum Orationi Solen-
 ni argumentum deſtinavi. Utque ſolenni-
 ter Academicos auſpicer labores **MAGNIFI-
 CUM DN. RECTOREM, Illuſtres Dnn. BARO-
 NES, SENATUM POPULUMQUE UNIVERSITATIS**
 eâ quâ par eſt humanitate invito, & hoc fa-
 voris argumentum me promptè penſaturum
 ſpondeo. P. P. in Univerſitate Viadri-
 na d. 9. Jan. An. 1681.



BIBL.